

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Opus h  
cum fonte primo

Ad uos ipsos

introrsum recurrite; si Deum uere amatis,  
exquirite. Nec tamen sibi credat,  
quicquid animus sine operis attestatione  
responderit.

Ad uos met ipsos  
ergo, fratres carissimi,  
introrsus redite, si Deum uere amatis  
exquirite. Nec tamen sibi aliquis credat  
quidquid sibi animus sine operis attestatione  
responderit.

Gregorius Magnus, *Homiliae in euangelia*,  
2, 30, 2 (CCSL 141, R. Étaix ed., p.257,  
ll.40-42).

Veniet profecto dies ille in  
quo pastor pastorum appareat, et  
uniuscuiusque facta in publicum deducat.

Gregorius in omelia.

Veniet,  
ueniet profecto ille dies, nec longe est, in  
quo pastorum pastor appareat, et  
uniuscuiusque facta in publicum deducat,  
et qui modo subditorum culpam per  
praepositos ulciscitur, tunc praepositorum  
mala per semetipsum saeuens damnat.

Gregorius Magnus, *Homiliae in euangelia*,  
1, 17, 13 (CCSL 141, R. Étaix ed., p.127,  
ll.285-289).